



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

300. De sententia Pilati in Christum.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)



autem responsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris? nescis, quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te? Respondit Iesus: Non haberes potestatem adversus me ullā, nisi tibi datum esset desuper. Propterea qui me tradidit tibi, majus peccatum habet.

*Ioan. 19. & 9. 10. 11.*

II. Exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Iudæi autem clamabant, dicentes: Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. Omnis enim, qui se regem facit, contradicit Cæsari. *Ioan. 19. & 12.*

III. Pilatus autem cum audisset hos sermones, adduxit foras IESUM, & sedit pro tribunali, in loco, qui dicitur Lithostrotos, Hebraicè autem Gabbatha. *Ioan. 19. & 13.*

## MEDITATIO CCC.

### *De sententia Pilati in Christum.*

I. ERat autem parasceve Paschæ, hora quasi sexta, & dicit Pilatus Iudæis: Ecce Rex vester. Illi autē clamabant: Tolle, tolle, crucifige eum. *Ioan. 19. & 14. & 15.*

II. Dicit eis Pilatus: Regem vestrum crucifigam? Responderunt Pontifices: Non habet.



habemus regem, nisi Cæsarem. *Ioan. 19. Vers. 15.*

III. Videns Pilatus, quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret; acceptâ aquâ, lavit manus coram populo, dicens: Innocens ego sum à sanguine iusti hujus. Vos videritis. Et respondens universus populus, dixit: Sanguis ejus super nos, & super filios nostros. *Matth. 27. Vers. 24. & 25.* Tunc ergo tradidit eis illum, ut crucifigeretur. *Ioan. 19. Vers. 16.*

## MEDITATIO CCCL.

*IESVS cruce onustus educitur in  
Calvaria locum.*

I. Postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamyde, & induerunt eum vestimentis ejus, & duxerunt eum, ut crucifigerent. *Matth. 27. Vers. 31. Marc. 15. Vers. 20.*

II. Et bajulans sibi crucem, exivit in eum, qui dicitur Calvaria, locum, Hebraicè autem Golgotha. *Ioan. 19. Vers. 17.*

III. Exeuntes autem invenerunt hominem Cyrenæum, nomine Simonem, *Matth. 27. Vers. 32.* venientem de villa, patrem Alexandri & Rufi. *Marc. 15. Vers. 21.* Hunc angariaverunt, ut tolleret crucem ejus. *Matth. 27. Vers. 32.* Apprehenderunt Simonem, & impo-